



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCLXIV. König Vladizlav von Polen ratifizirt den mit dem Makrgrafen
Ludwig von Brandenburg für die Dauer von drei Jahren eingegangenen
Friedensvertag, am 29. October 1329.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

denburgensen ipsum sacri imperii archicamerarium fecimus et in columnnam ereximus principalem, et ob id te debere potius suum immediatum quam nostrum aut sacri imperii vasallum existere de predictis. Nos igitur, qui ex imperiali debito maiestatis unumquemque in suo iure tenemur conseruare, si est ita, quod castrum et pertinencia ipsius predicta ab antecessore primogeniti nostri predicti feodaliter tenuisti, te ad eundem primogenitum nostrum, tamquam vasallum ad suum verum dominum, quoad dictum castrum et pertinentias ipsius remittimus in hiis scriptis ac de sacramento fidelitatis debite, nobis et sacro imperio facto per te de premissis, absolutum te reddimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium presentes conscribi nostreque maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum Papye XXI^a, die mensis Augusti, regni nostri anno XV^o. imperii uero II^o.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kab. Archives I. Cod. 4 in qu. Bl. 7. — Festerhaft in Gerrens Cod. I, 120.

DCLXIV. König Wladizlas von Polen ratifizirt den mit dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg für die Dauer von drei Jahren eingegangenen Friedensvertrag, am 29. October 1329.

Nouerint vniuersi presentium notitiam habituri, Quod nos vladizlaus, dei gratia rex polonie, nec non kracouie, Sandomerensis, Oyradie, Lautitieque Cujauieque terrarum dominus et heres, bona fide et omnis doli specie proculmota promittimus firmiter in hiis scriptis, omnes treugas et pacem, quas fidelis noster vincencius, palatinus posnaniensis et capitaneus polonie, cum excellentissimo principe domino Ludouico, marchione brandenburgensi ac Saxonibus quibuscunque ratas et firmas a festo beati Martini proxime venturo ad tres annos quomodolibet ordinauit, firmiter obseruare et tenere inuolabiliter ad tempus ordinatum, ac etiam omnes condiciones ac obligationes, per ipsum vincencium nostro nomine factas et ordinatas, ratas, gratas et firmas habere spondemus per presentes. Vt autem hec nostra promissio vires valeat obtinere, presentes conscribi et Sigillorum nostrorum muniminibus iussimus roborari. Datum et actum Cracouie, in crastino Symonis et Jude, anno incarnationis domini M^o. CCC^o. vicesimo nono.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kab. Archives I Cod. 4. in qu. Bl. 10. Gerrens Cod. I, 126.

DCLXV. Ludwig Bischof zu Brandenburg, Günther Graf von Lindow und mehrere Andere geloben namens des Markgrafen, dem Grafen Günther zu Schwarzburg, Heinrich Vogt zu Gera, Fritz von Wangenheim und Andern, einen auf die Lande Barnim und Teltow bezüglichen Waffenstillstand bis zum Sonntag nach Pfingsten zu halten, am 25. December 1329.

Wir Ludewig, von gotes gnaden bischof von Brandenburg, vnd wir Günther, von denselben Gnaden greve von Lindow, Her Jordan von Emdorf, Her